

Stephanus Galdeti

*De alia questione, an Deus posset
facere naturam impeccabilem*

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
20.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

|| **De alia questione, an Deus posset facere naturam** P1 132r
impeccabilem, dixit opponens quod non sine gratia.

Arguit magister IOHANNES: quia Deus posset facere naturam
intellectualem, omnino daret legem scriptam, similiter posset facere
5 talem naturam actu omnia considerantem. Similiter naturam que tanto
pondere finietur in Deum sine gratia sicut motus aliqua cum gratia gratis
videntur antecedentia duo prima nota et consequentia. Quoad primum,
quia illo dato talis natura non peccaret; similiter dato secundo, quia
omnis peccans ignorat. Tertium antecedens patet, quia istud ponendus
10 videtur esse propter convenientiam gratie ad Deum, quia non videtur
posse aliud dari, sed natura intellectualis magis convenit ergo etc. Et
consequentia tenet quia cum gratia potest coniungi impeccabiliter, ut
de se patet. Et Magister HENRICUS: quia Deus posset facere naturam
intellectualem in naturalibus in tanta proportionem aliam excedentem
15 sicut natura cum gratia excedit naturam sine gratia, ergo sicut illa
est impeccabilis et ista. Tu: sicut Deus potest facere unam naturam
intellectualem de facto considerantem omnia considerabilia ab ea quia
non claudit contradictionem tunc per te talis natura peccare potest,
ponitur igitur in esse, tunc illa natura iudicat aliquod esse bonum quod
20 non est bonum, sed tunc probo quod in hoc non est sibi imputandum,
quia ipsa non potest oppositum iudicare ymmo necesse hoc iudicat,
et patet per casum, quia ponitur omnia considerare ab ipsa possibilia
considerari, secundo quia tunc peccabilitas esse propria passio ipsius
nature intellectualis causate, quia non inest primo modo cum sit aptitudo
25 et accidens, nec per accidens, quia contingeret non esse ergo secundo,
et sic passio. Sed quod non, quia tunc peccata essent propria operatio,
quod falsum, quia in propria operatione videtur consistere perfectio rei,
quia, cum in eam potest Dei perfectiori modo, sic non est de peccatis,
quare etc.

4 intellectualem] quia *add. sed del. P1*

27 operatione] *p. c. P1*